

## De ordine iustitiae

### 1. De causa ordinis

- a) causa exemplaris: sub diverso aspetto est Deus qua imitabilis ad extra, ipsa ratio sapientiae divinae, lex aeterna, providentia divina
- b) causa efficiens prima: beneplacitum divinae voluntatis, decretum divinum, superabundantia divini amoris ex obiecto primario in obiectum secundarium

NB De necessaria iustitia huius exemplaris et efficientiae  
vide la q 20 a 1 ad 2m  
<sup>21</sup>

### c) causa efficiens secunda:

- a' in actu primo: lex naturalis, participatio legis aeternae
- a'' in naturalibus: ipsa inclinatio naturalis, forma
- b'' in rationalibus: regula rationis  
vide: la 2ae q 21 a 1 c  
~~eum-utque-simul-fatum-virtus-instrumentalis~~
- b' in actu secundo: applicatio, fatum, virtus instrumentalis

### 2. De ordine causato

- a) veritas ontologica, la q 16 a 1; q 19 a 2
- b) falsitas ontologica, la q 17 a 1

Unde oritur quaestio moralis: quid esse debeat?

### 3. De debito.

Id debetur alicui quod ad eum ordinatur: "in nomine ergo debiti importatur ordo quidam exigentiae vel necessitatis alicuius ad quod ordinatur" la 19 a 1 ad 3m  
Haec debiti ratio in finalitate fundata est prior regula rationis, de qua eg la 2ae q 21 a 1, saltem quoad nos  
Notio debiti ad finalitatem redacta seu ad ordinationem in finem coincidit cum notione legis naturalis tamquam participationis legis aeternae. Nam lex aeterna est rerum omnium ordinatio in finem.

De ordine iustitiae

la 2ae q 21 a 1

Primo ponitur distinctio  
malum: privatio in quolibet  
peccatum: privatio in actu quodam, operatione quadam  
vide De Malo q 2 a 2

Deinde definitur peccatum

Peccatum est actus qui non habet debitum ordinem in finem

Tertio explicatur quidam sit iste debitus ordo  
innaturalibus: ipsa virtus naturae inclinans in finem  
in voluntariis: regula proxima, ratio humana  
regula suprema, lex aeterna

Quarto, quarti potest quemadmodum regula proxima parti-  
cipat regulam supremam

Respondetur, intelligendo finalitatem rerum intrinsecam  
Primo enim exemplis probatur, ex loco, peccatum in natur-  
alibus dicitur actus contra virtutem naturae in finem  
inclinantem; ex notis, foecunditas propter prolem, loquela  
propter veritatem communicandam

Deinde analysi probatur: nam debitus ordo in finem nihil  
plus dicit quam finalitatem intrinsecam; ipsa enim finali-  
tas est ordo quidam, ordinatio, ordinatio impressa ab  
ordinante supreme; deinde debitum nihil est aliud quam  
ordinatum in finem, vide la<sup>2ae</sup> q 1 ad 3m

Tertio, ex eo quod tum rerum natura intelligenda tum  
ipse intellectus intelligens sunt participationes Dei  
imitabilis ad extra, quod idem est ac lex aeterna, ratio  
sapientiae divinae, etc.

NB Obiectum et circumstantiae mutant speciem ~~maxim~~ moralem  
actus in quantum agitur de hoc vel illo actu. Sed obiectum  
et circumstantiae non intrant in considerationem generalem  
moralitatis quae fundatur in notione finis, debiti ordinis  
in finem.

## De ordine iustitiae

Rectum et peccatum secundum debitum ordinem in finem

At datur duplex ordo in finem  
 prout hoc creatum in illud  
 prout omnia creata in Deum  
 vide la 18 l 3m

Qui duplex ordo diversimode se habet in nat et voluntariis

- a) in naturalibus
 

potentia est propter actum suum  
 multo magis propter Deum qui est causa bonitatis in actu  
 potentiae, causa tendentiae ordinationis in actum,  
 causam dicō finalē  
 Quod tamen est inconscium, metaphysicum, (interpretativum)
- b) in voluntariis, idem valet
 

Quod tamen est conscientia, sive naturaliter sive spiritualiter  
 eg purificare intentionem, amare prox propter Deum

Unde subordinatio rationis ad Deum est causa subordinationis  
 partis sensitivae ad rationem

- a) de interna iustitia hominis , la 2ae 113 l c
- b) de causalitate in hac iustitia, la 95 l c
- c) de fundamento istius causalitatis

in ordine intellectuali: ratio superior et inferior,  
 metaphysica est causa veritatis in caeteris scientiis  
 In Met 2 lect 2  
 in ordine volitionali: sicut principium in speculativis,  
 ita finis in operabilibus  
 volumus alia quā volumus finem  
 d) subordinationem partis sensitivae potest late intelligi  
 de quocumque subicitur iudicio rationis praeter ipsum Deum

## De ordine iustitiae

### la 2ae q 49 a 4

#### De necessitate habitus

- a) non in actu puro sed ubi potentia distinguitur ab actu
- b) non in corp caelesti sed ubi potentia potest recipere  
diversos actus
- c) sed ubi plura concurrunt ad dispositionem potentiae  
ad actum, ita ut potentia melius vel peius disponi possit

#### De natura habitus

Est actus primus la 2ae 49 3 2m; ~~max~~  
potentia: intellectus est tabula rasa, ante addiscere  
actus primus: scientia in habitu sine actuali consideratione  
actus secundus: actualis consideratio, cf la 2ae 50 4 c  
Est in voluntate, la 2ae 50 5  
quo quis utitur cum voluerit, ibid, c.  
at cf De Ver q 24 a 12: cum habitualiter voluerit, statim  
data occasione volet, nisi contraria consideratio inter-  
venerit; cp la 2ae q 109 a 8 c fin

Per habitus homo erat in statu naturae integrae et per  
eorum subtractionem p amisi iustitiam suam internam

De diminutione naturae la 2ae q 85 a 1 et 2

De sanatione indigentia la 2ae q 109 a 3 etc

#### De natura libertatis

- 2 Mutatio voluntatis requirit causam: De Malo q 16 a 5  
sive extrinsecam: gratia Dei  
sive intrinsecam: nova cognitio, nova dispositio ex corp
- 1 Actus voluntarii manent in orientatione voluntatis, sicut  
actus intellectus manent in scientia habituali; ex eo quod  
dantur habitus acquisiti; ex eo quod voluntas est non  
recenter creata unoquoque instanti sed natura quaedam sese  
per tempus evolvens et perficiens
- 3 Unde sublati causis mutationis, voluntas manet fixa in  
habitudine (orientatione) erga finem
- 4 Objectiones ex Lennerz

5

Obicitur contra fixationem voluntatis, Lennerz §§151ss

1. Cur spiritus purus, postquam libere elegit, manente eadem cognitione, non potest libere recedere ab ista electione? vel saltem cur non potest accedente nova cognitione mutare priorem electionem

R. Qualisquisque est, talis finis videtur ei. Ipse finis non eligitur, neque directe eligitur modus quo quis se habeat ad finem; haec praesupponuntur tamquam principia ex quibus fit electio.

Unde post electionem factam, quis aliter se habet ad finem quam ante electionem. Scdm hanc habitudinem, omnia eliguntur, scilicet, scdm finem qui eligenti appetet esse optimus.

Singulus actus, quidem, non generat habitum quo quis prompte facile delectabiliter operatur; at generatur "vis quaedam et inclinatio" in ipsa voluntate De Ver q 24 a 12

Spiritu puro non advenit nova cognitio sed est in genere intelligibilium ut actus

2. Non videtur probata immutabilitas voluntatis humanae post mortem. Argumentum forte valeret si si stante tali dispositione tale bonum necessario desideratur tamquam ultimus finis. At stante eadem dispositione, homo potest recedere a desiderio illius boni ad quod disiderandum habitus inclinat.

R. Homo eligit alia, virtute volitionis finis; ipse finis non eligitur sed est ex motu superioris principii extrinseci uti probatur la 2ae q 9 a 4

Homo potest recedere ab habitudine erga finem, ratione novae cognitionis, C, ratione novae dispositionis, C, ratione gratiae infusae, C, ratione electionis, N, nam electio procedit ex volitione finis et non est causa sed effectus

3. Non possunt reconciliari ea quae habentur Comp Theol 175 cum doctrina SScr (Sap 5 l-15) et PP (Lennerz §§151-3)

R. Essentialis positio SThomae necessario reconciliatur cum SScr et PP. Omnes enim catholici docent damnatos manere sine caritate. Et haec privatio caritatis omnino sufficit ad tuendam doctrinam SThomae. Utrum modo incauto locutus sit Thomas ad F Reginaldum, alia est quaestio et error concandi potest.

6

## De ordine iustitiae

De ratione mali, peccati, culpas

Malum: privatio in quolibet

Peccatum: privatio in operatione (actus)

Culpa: id ex quo peccatum est voluntarium, ~~iam~~ culpabile  
la 2ae q 21 a 2; De malo q 2 a 2

De ratione meriti et demeriti: la 2ae q 21 a 3

1 Meritum vel demeritum est actus humanus scdm quod ei  
debeat retributio ex iustitia

2 Debetur retributio in quantum quis agit in profectum vel  
in nocumentum alterius cp 2 a 2ae q 58 a 2

3 Haec retributio est iusta quando est ad aequalitatem  
meriti vel demeriti, cp 2a 2ae q 61 a 2

[aequalitas arithmetic in commutativa iustitia; pro-  
portionalitatis in distributativa iustitia] loc cit 61 2

4 Dupliciter fiunt merita vel demerita et retributiones  
eis qui in societate vivunt

a) in quantum iuvat vel laedit singulam personam

b) in quantum eo ipso afficitur tota societas

5 ibid a 4

Dupliciter habetur meritum vel demeritum apud Deum

a) in quantum Deus est finis ultimus in quem omnia sunt  
ordinanda; ie cui omnia sunt debita

b) in quantum Deus est princeps cummutatis humanae, curam  
agens totius, ideoque maxime responsabilis de retributione

6 NB Haec notio retributionis est quidem aliena a mente  
moderna (si forte tempus belli excipias)

Sublata enim tum notione Dei supremi et gubernantis  
tum notione libertatis et responsabilitatis humanae, tollitur  
fundamentum retributionis sicut tollitur fundamentum legis  
quae in conscientia obligat, sicut tollitur ordinatio  
societatis per leges conscientiam obstringentes

At, naturam expelles furca, tamen usque recurret.  
Quaerunt enim moderni aequalitatem, non per libertatem  
et retributionem, sed per eliminationem libertatis; omnia  
ordinanda sunt a gubernio, valetudo, aetas senilis, occupa-  
tiones, assicuraciones, ~~et~~ vita oeconomica, etc.

## De ordine iustitiae

Quemadmodum se habeat ad caritatem et praemium

1. Ipse ordo iustitiae contra quam peccatur vel scdm  
quam quis agit ex quo sequitur retributio ~~xx~~ sive praemii  
sive poenae, est ex amore Dei, ex condescientia suae  
libertatis, ex sua misericordia; et quidem multo magis  
quam ex sua iustitia

la q ~~18~~ a 1 ad 3m

la q ~~18~~ a 4 c

2/

2. Radix meriti est caritas

a) in quantum quis agit in proiectum alterius, agit  
ex caritate

b) in quantum quis meretur praemium beatitudinis ex  
aequalitate, agit ex-caritate-la-2ae-q-

remote ex gratia sanctificante  
proxime ex caritate quae est forma virtutum et actuum  
meritoriorum

unde mensura caritatis est mensura meriti et praemii

c) ipsa beatitudo est participatio beatitudinis Dei,  
per visionem Dei amorem Dei gaudium de bono divino; ideoque  
supponit caritatem

3. Unde sicut ordo iustitiae fundatur in amore Dei eiusque  
misericordia, ita etiam merita nostra fundantur in caritate;  
terminus vero ultimus huius amicitiae inter Deum et  
creaturam est matrimonium sempiternum quo ipse Deus  
communicatur intellectui nostro tamquam actus eiusdem

## De ordine iustitiae

Malum in rationali creatura dividitur per culpam et poenam  
De malo q 1 a 4 (cp la q 48 a 5; 2 d 25 a 1; 3 d 34 q 2 a 3)

Malum: privatio (debiti, perfectionis)

Culpa: scdm voluntatem

Poena: contra voluntatem (saltem involuntarium scdm quid)

Poena: privatio in actu primo, in forma, in habitu, in  
quocumque sive interiori sive exteriori quo utimur ad  
operandum

Culpa: in quantum peccatum, privatio debiti in operatione  
in quantum culpabile, est voluntarietas peccati

Poena concomitans: quae sequitur ex natura rei, eg remorsus  
conscientiae, infirmitas ex intemperantia, etc.

Poena inflictæ: quae imponitur a gubernante ad salvandum  
ordinem iustitiae; & retributiva

### De ordine iustitiae

divisio peccatorum la 2ae q 72 a 5 c

duplex est inordinatio:

- a) quae subtrahit ipsum principium ordinis
  - b) quae subtrahit aliud consequens, salvato ~~mx~~ principio  
eg error circa principia et circa conclusiones  
mors et invalidudo (infirmitas)
  - mala voluntas circa ea quae se habent ad finem
  - mala voluntas circa ipsum finem
- prius est peccatum veniale  
subsequens est peccatum mortale, tollens caritatem

consequens divisio: lapsus reparabilis et irreparabilis  
qui tollit ipsum principium ordinis, quantum est de se,  
est irreparabilis, etsi virtute divina reparari posset  
qui tollit non principium sed consequens, potest reparari  
quantum est de se; nam manet principium

NB quemadmodum haec cohaereant cum dictis de voluntate  
circa finem, de habitibus, de mutatione et fixatione/aetern  
voluntatis, etiam cum eis de praemio, caritate, amicitia/

Unde de permanentia deordinationis la 2ae q 86 a 1 et 2  
macula culpae est adhaesio amoris contra lumen rationis  
et divinam legem  
macula culpa manet donec per contrarium motum in amorem  
Dei et debitum ordinem quis redeat

Unde peccatum mortale gignit reatum poenae aeternae  
la 2ae q 87 a 3 c et 1m  
corrumperit ipsum ordinis principium  
ex hoc ipso.. voluntatem habet in aeternum peccandi, nam  
mutatio voluntatis est per accidens inq in natura mutabili  
la 2ae q 87 a 4 ad 3m  
duratio poenae respondet durationi culpae quoad maculam  
culpa irreparabilis habet de se quod perpetuo duret

Haec pariter valent de peccato originali et actuali mortali  
sed praeterea, la 2ae q 87 a 1 et 2m  
qui agit contra ordinem, ab ordine eiusve principe deprimitur  
ipsa poena est effectus peccati non directe sed dispositiva

Unde la 2ae q 87 a 4 c: aversio a Deo -- poena damni  
conversio ad creaturas -- poena sensus  
duratio malae voluntatis -- duratio  
poenae

10

### Objectiones de aeternitate poenae

~~Inter peccatum quod brevi tempore durat et aeternam poenam deest proportio; ergo aeterna poena est iniusta~~

R. Deest proportio inter actum durationem actus peccati et durationem poenae aeternae, C

Deest inter durationem maculae culpeae et durationem poenae aeternae, N, nam voluntas libera non est per se mutabilis, manente autem mala voluntate, manet poena

Atqui deest proportio inter mom entaneum actum peccati et perpetuam culpeam maculam seu malam voluntatem

R. Si peccato non tollitur ipsum principium bonae voluntatis, C; si tollitur ipsum principium, scil., tendentiam in verum ult fin per caritatem, sub-dist.,

~~Si peccato non cognoscit se tali periculo se exponere, in ordinabudo C, si cognoscit et tamen sciens volens facit, N~~

Poena aeterna caret scopo: finis poena est emendatio delinquentis; in poena aeterna non datur emendatio; ergo in poena aeterna non datur finis

R. finis poenae medicinalis, C; omnis poenae, N

Cura ne concipies poenam tamquam aliquid in emendationem directum; ita enim laqueo objectionis inconscius es irretitus.

*chronologica* — Poena aeterna non est propter aliud aliud in suo ordine sed ultimum, in suo ordine; est tamen propter aliud in subordinatione omnium ad Deum. Ideo enim Deus agit ut ipsa sua infinita perfectio manifestetur: sua sapientia maiestas in sanctitas iustitia misericordia. Sicut et manifestatio maiestatis iustitiae divinae. Cum tamen Deum non comprehendimus, neque rationem poenae aeternae plene comprehendimus sed tantum aliqualiter. Ne sublevet caput cornua ad ventilandum, sed submittat caput ad venerandum.

*Doctrina de poena aeterna supponit ideam Dei non valde evolutam vel excultam sed primitivam et rudem*

R. Idea dicta "exculta" quae aeternitate poenarum offenditum est valde anthropomorphic; supponit omnem poenam esse ad modum parentis humani vel magistri scholarum; contradicit tum manifestationi Dei in natura, tum ipsi divinae revelationi ex qua Deus optime cognoscitur


Cur Deus elegerit ordinem in quo multi damnantur cum posset eligere in quo nemo damnaretur

R. Ds est. Pro sua bona voluntate. At Deus non est/-elle dicendus teneri ad non eligendum ord in quo creaturae reb.

Finalitas



In ratione



tendencia in finem

est causa

tendencia in ea quae ad finem

Habitus intitia ratio, ratio ad finem, non ergo ex qua est finis

Habitus circa ea quae ad finem - directa vel modus limitatus

circa operam finem - indirecta  
erg. causa utrumque vel utriusque  
modus operationum ad finem

Motus definit ratio in finem

Motus ratio sedis intentionis (auctoritatis) pro iis quae quis  
facit in proportionem vel vocantem alterius

Præsumere  
vel ponere id quod datur vel subtrahitur in iis quibus operamus  
[dispositio [collatio, inflation]  
affectione [consecutio, concordia]]

[  
De contate et veritate  
Imperfectionis contatis et ponendo

**De ordine iustitiae**

**Peccato veniali debetur poena non aeterna sed temporalis**  
**la 2ae q 87 a 5 c**

**Macula culpae venialis removetur per actum voluntatis**  
**contrarium**

**la 2ae q 87 a 6 c**

**Etiam in purgatorio De malo q 7 a 11 c**

**Sublata macula culpae, remanet poena satisfactoria**  
**la 2ae q 87 a 6 et ad 3m**

De poena aeterna -- de ratione iustitiae divinae  
de ratione debiti

la 19 1 ad 2m

.. cum bonum intellectum sit objectum voluntatis, impossibile est Deum velle nisi quod ratio suae sapientiae habet. Quae quidem (ratio sapientiae) est sicut lex iustitiae, scdm quam eius voluntas recta et iusta est. Unde quod scdm suam voluntatem facit, juste facit; sicut et nos, quod scdm legem facimus, iuste facimus; sed nos quidem scdm legem alicuius superioris, Deus autem sibi ipsi est lex.

la 19 2 c

Veritas consistit in adaequatione intellectus et rei.. Intellectus autem qui est causa rei comparatur ad ipsam sicut regula et mensura; e converso autem est de intellectu qui accipit scientiam a rebus.... [in nobis intellectus conformandus est rei; sed relate ad Deum veritas requirit ut res conformatur intellectui divino, sicut artificata ad artem artificis] Iustitia igitur Dei quae constituit ordinem in rebus conformem rationi sapientiae suae, quae est lex eius, convenienter veritas nominatur

la 19 1

Iustitia commutativa quae consistit in mutua datione et acceptione... non competit Deo... Quis prior dedit illi et retribuetur ei.... Iustitia distributiva scdm quam aliquis gubernator vel dispensator dat unicuique scdm suam dignitatem ... Ordo universi, quā apparet tam in rebus naturalibus quam in rebus voluntariis, demonstrat Dei iustitiam... oportet videre in hoc veram Dei esse iustitiam, quod omnibus tribuit scdm uniuscuiusque existentium dignitatem, et uniuscuiusque naturam in proprio salvat ordine et virtute.

la 19 1 ad 3m

unicuique debetur quod suum est. Dicitur autem esse suum alicuius quod ad ipsum ordinatur. Sicut est servus domini ... liberum enim est quod sui causa (finalis) est. In nomine ergo debiti importatur quidam ordo exigentiae vel necessitatis alicuius ad quod ordinatur

duplex ordo.. aliquid creatum ordinatur ad aliud creatum ... omnia creata ordinantur in Deum. Sic igitur et debitum attendi potest duplicitate in operatione divina. Aut scdm quod aliquid debetur Deo aut scdm quod aliquid debetur rei creatae; et utroque modo Deus debitum reddit. Debitum enim est Deo ut impleteatur in rebus id quod eius sapientia et voluntas habet et quod suam bonitatem manifestat; et scdm

De poena aeterna -- de ratione iustitiae divinae, debiti (2)

la 19 l ad 3m con't

hoc iustitia Dei respicit decentiam ipsius, scdm quam reddit sibi quod sibi debetur. Debitum etiam est alicui rei creatae quod habeat id quod ad ipsam ordinatur: sicut homini quod habeat manus et quod ei alia animalia inserviant. Et sic etiam Deus operatur iustitiam quando dat unicuique quod ei debetur scdm rationem suae naturae et conditionis. Sed hoc debitum dependet a primo: quia hoc unicuique debetur quod est ordinatum ad ipsum scdm ordinem divinae sapientiae. Et licet Deus hoc modo debitum alicui det, non tamen ipse est debitor, quia ipse ad alia non ordinatur, sed potius alia in ipsum. Et ideo iustitia quandoque dicitur in Deo con-decentia suae bonitatis; quandoque vero retributio pro meritis

la 19 4 c

.. opus autem divinae iustitiae semper presupponit opus misericordiae et in eo fundatur. Creaturae enim non debetur aliquid nisi propter aliquid in ea praeeexistens vel prae-consideratum. Et rursus si illud creature debetur, hoc erit propter aliquid prius. Et cum non sit procedere in infinitum, oportet devenire ad aliquid quod ex sola bonitate divinae voluntatis dependeat quae est ultimus finis (eg habere manus quia rationale; rationale quia homo; homo propter Deum)... Et sic in quolibet opere Dei apparet misericordia quantum ad primam radicem eius, cuius virtus salvatur in omnibus consequentibus et etiam vehementius in eis operatur; sicut causa primaria vehementius influit quam causa secunda

Unde

- iustitia Dei est 1) ratio divinae sapientiae
- 2) exsecutio huius rationis
- 3) ordo in rebus tam natura quam volunt

debitum alicui est id quod in ipsum ordinatur  
*vix p. eq. a ratione meriti et devenir*

in quolibet creato: duplex debitum

- 1) exsecutio sap div quae Deo debetur  
ad manifestandam suam perfectionem
- 2) collatio eius quod ordinatur ad  
creataram eique debetur

at prima collatio est ex sola misericordia divina quantum  
ad 2<sup>am</sup> debitum; et ideo multo magis caetera ex misericordia

*intellecitur lo sentiu*

## De ratione meriti et demeriti

### la 2ae q 21 a 3

meritum et demeritum dicuntur in ordine ad retributionem quae fit scdm iustitiam: retributio autem secundum iustitiam fit alicui ex eo quod agit in profectum vel nocumentum alterius [membra societatis dupliciter merentur et demerentur: inq. scilicet afficunt at ipsam societatem et inq. afficiunt membrum]

### la 2ae q 21 a 4

actus alicuius hominis habet rationem meriti vel demeriti scdm quod ordinatur ad alterum vel ratione eius (alterius) vel ratione communitatis. Utroque autem modo actus nostri boni vel mali habent rationem meriti vel demeriti apud Deum: ratione quidem ipsius inq est ultimus hominis finis; est autem debitum ut ad finem ultimum omnes actus referuntur ... ex parte vero totius communitatis universi quia in quilibet communitate ille qui regit communitatem praecipue habet curam boni communis; unde ad eum pertinet retribuere pro his quae bene vel male fiunt in communitate....

### la 2ae q 21 a 3 c (cp a 1 et 2)

actus bonus et malus habet rationem laudabilis vel culpabilis scdm quod est in potestate voluntatis; rationem vero rectitudinis vel peccati scdm ordinem ad finem; rationem meriti vel demeriti scdm retributionem iustitiae ad alterum

### la 2ae q 21 a 2

... bonum et malum in solis actibus voluntariis constituit rationem laudis et culpare in quibus idem est malum et peccatum et culpa

DTh. De Peccato et Poena.

De Malo q 2 a 2 c [V]a. 11 a 1 v 2

Malum: "in quocumque enim, sive in subiecto sive in actu, sit privatio formae aut ordinis aut mensurae debitae, mali rationem habet"

Peccatum: "Sed peccatum dicitur aliquis actus debito ordine aut forma aut mensura carens; unde potest dici quod tibia curva sit mala tibia; non tamen potest dici quod sit peccatum, nisi forte eo modo loquendi quo peccatum dicitur effectus peccati; sed ipsa claudicatio peccatum dicitur. Quilibet enim actus inordinatus potest dici peccatum vel naturae vel artis vel moris."

Culpa: "Sed rationem culpae non habet peccatum nisi ex eo quod est voluntarium; nulli enim imputatur ad culpam aliquis actus nisi ex eo quod est in eius potestate. Et sic patet quod peccatum est in plus quam culpa; licet scdm communem usum loquendi apud theologos pro eodem sumatur peccatum et culpa."

Unde malum: privatio perfectionis debitae  
peccatum: privatio perfectionis debitae in aliquo <sup>operatione</sup> actu  
culpa: privatio perfectionis debitae in aliquo actu humano  
privatio qua voluntaria

"Qui ergo consideraverunt in peccato solum rationem mali, dixerunt quod substantia actus non est peccatum sed deformitas actus. Qui vero consideraverunt in peccato solum id unde habet rationem culpae, dixerunt peccatum in sola voluntate consistere. Sed oportet in peccato considerare non solum ipsam deformitatem sed etiam actum deformitati substratum; quia peccatum non est deformitas, sed actus deformis. Deformitas autem actus est per hoc quod discordat a debita regula rationis vel legis Dei. Quae quidem deformitas invenitur non solum in actu interiori sed etiam in exteriori. Sed tamen hoc ipsum quod actus exterior deformis imputatur homini ad culpam est a voluntate. Et sic patet quod si totum id quod est in peccato considerare volumus, peccatum non solum consistit in privatione, neque solum in actu exteriori sed etiam in actu interiori."

Ia 2ae q 71 a 1: peccatum, actus inordinatus  
a 6: peccatum, actus humanus malus seu dictum factum concupitum contra legem aeternam

De Malo q 1 a 4 c (cf. la 48 5; 2 d 25 a 1; 3 d 34 q 2 a 3)

a) Divisio mali per culpam et poenam non est nisi scdm quod in rationali creatura invenitur.

"de ratione culpae est quod sit scdm voluntatem, de ratione autem poenae est quod sit contra voluntatem. Voluntas autem in sola rationali creatura invenitur."

b) .. distinctio sic potest accipi. Cum enim malum opponatur bono, necesse est quod scdm divisionem boni dividatur malum. Bonum autem quamdam perfectionem denotat designat. Perfectio autem est duplex: scilicet prima, quae est forma vel habitus; et secunda quae est operatio. Ad perfectionem autem primam potest-reduci-omnia-illud-que-utimur-ad-operanda cuius usus est operatio potest reduci omne illud quo utimur operando. Unde et e converso duplex malum invenitur. Unum quidem in ipso agente scdm quod privatur vel forma vel habitus vel quodcumque quod necessarium sit ad operandum. sicut caecitas vel curvitas tibiae quoddam malum est. Aliud vero malum est in ipso actu deficiente, sicut si dicamus claudicationem esse aliud malum. Sicut autem in aliis contingit haec duo reperiri, ita et in natura intellectuali quae per voluntatem operatur: in qua manifestum est quod inordinata actio voluntatis habet rationem culpae; ex hoc enim aliquis vituperatur et culpabilis redditur quod inordinatam actionem voluntarie operatur. Est autem et in creatura intellectuali invenire malum scdm privationem formae aut habitus aut cuiuscumque alterius quod posset esse necessarium ad bene operandum, sive pertineat ad animam sive ad corpus sive ad res exteriore; et tale malum, scdm fidei catholicae sententiam, necesse est quod poena dicatur... Habet autem hoc traditio fidei, quod nullum documentum creatura rationalis potuisset incurrire neque quantum ad animam neque quantum ad corpus neque quantum ad aliqua exteriora, nisi peccato praecedente ~~xix~~ vel in persona vel saltem in natura; et sic sequitur quod omnis talis boni privatio quo uti quis potest ad bene operandum in hominibus, poena dicatur, et pari ratione in angelis; et sic omne malum rationalis creature vel sub culpa vel sub poena continetur."

Unde culpa: <sup>actus inordinatus que voluntarius.</sup> actus voluntarius (humanus) inordinatus  
poena: capacitas (forma, habitus, actus primus, omne quo utimur ad operandum) deficiens; sequela culpae

la 2ae q 72 a 5

Duplex est inordinatio: una per subtractionem principii ordinis; alia, qua etiam salvato principio ordinis, fit inordinatio circa ea quae sunt post principium.

EG mors et aegritudo; error circa prima principia et error circa ea quae sequuntur

Inordinatio in principio est, quantum ad intrinseca, irreparabilis: mortuus non recuperat vitam ex suis; errans circa prima principia suos errores corrigere non valet

Inordinatio in consequentibus est, quantum ad intrinseca, reparabilis: aegrotus validitudinem recuperare potest; errans circa conclusiones potest se corrigere per recursum ad principia.

Peccatum mortale: anima deordinatur usque ad aversionem a fine ultimo, scil. Deo, cui unitur per charitatem; unde tollitur ipsum principium bonae operationis; lapsus est irreparabilis, quantum ad intrinseca.

Peccatum veniale; deordinatio citra aversionem a fine ultimo; manet principium bonae operationis; lapsus est reparabilis.

NB Haec deordinatio est in ipsa voluntate; et manet usque dum motus contrarius voluntatis eam auferat. Cf. de mutabilitate voluntatis De Malo q 16 a 5; de macula peccati

la 2ae q 86 a 1 et 2

a 1. ... habet autem anima hominis dupl. nitorem unum quidem ex refulgentia luminis naturalis rationis per quam dirigitur in suis actibus; aliud vero ex refulgentia divini luminis, scil sapientiae et gratiae, per quam etiam homo perficitur ad bene et decenter operandum; est autem quasi quidam animae tactus, quando inhaeret aliquibus rebus per amorem; cum autem peccat, adhaeret rebus aliquibus contra lumen rationis et divinae legis ut ex supra dictis patet; unde ipsum detrimentum nitoris ex tali contactu proveniens macula animae metaphorice vocatur

a 2. ... Licet autem cessat actus peccati quo homo discessit a lumine rationis vel legis divinae; non tamen statim homo ad illud reddit in quo fuerit; sed requiritur aliquis motus voluntatis contrarius primo motui.

## DTh. De Peccato et Poena

(4)

la 2ae q 71 a 2

**Virtus:** quod res sit bene disposita secundum convenientiam suae naturae

**Vitium:** .. disposita contra id quod convenit suae naturae

**Virtus humana:** quae hominem facit bonum et eius opus bonum reddit, instantum est secundum naturam hominis, in quantum convenientia rationi

**Vitium humanum:** instantum contra naturam hominis, quantum est contra ordinem rationis.

la 2ae q 49 a 4

"bene disposita"

a) ut sit potentia ad actum -- ergo non Deus

b) ut sit potentia capax actuum diversorum -- ergo non corpus carnale

c) ut multa concurrant ad actuacionem

cf. ss. de subjectis habituum etc.

la 2ae q 71 a 4

habitus virtutis non excludit peccati actum

nam habitus est quo quis utitur quando voluerit

actus peccati non excludit virtutes acquisitas

nam generaliter virtus vel vitium unico actu non generatur  
peccatum mortale excludit virtutes infusas formatas

nam est aversio a Deo cui coniungimur charitate; caritas

autem et ipsa est virtus infusa et formatio aliarum infusarum  
peccatum mortale veniale non excludit virtus infra: citra  
aversiōnē a Deo

la 2ae q 85 a 1-4

peccatum diminuit bonum naturae, non eo sensu quod afficit ipsam substantiam vel potentias constitutivas, sed eo sensu quod afficit actus primos operativos, habitus, inclinationes  
vulneratio naturae ex peccato origo et quolibet actuali: ratio  
hebetatur, voluntas induratur, difficultas bene agendi  
accrescit, et concupiscentia magis exardescit

la 2ae q 87 a 1

"quaecumque continentur sub aliquo ordine sunt quodammodo unum in ordine ad principium ordinis; unde quidquid contra ordinem aliquem insurgit, consequens est ut ab eo ordine et principe ordinis deprimatur."

"Cum autem peccatum sit actus inordinatus, manifestum est, quod quicumque peccat, contra aliquem ordinem agit; et ideo ab ipso ordine consequens est quod deprimatur, quae quidem depressio poena est; unde secundum tres ordines quibus subditur humana voluntas, triplici poena potest homo puniri... ille qui peccat, agit et contra rationem, et contra legem humanam, et contra legem divinam; unde triplicem poenam incurrit; unde quidem a se ipso, quae est conscientiae remorsus; aliam vero ab homine; tertiam vero a Deo"

"Ad secundum... ipsa poena non est effectus peccati directe sed dispositivae... peccatum facit hominem reum poenae"

Unde: reatus poenae est dispositio deordinati ad privationem subeundam ab ipso ordine violato eiusve principe

la 2ae q 87 a 3 (cf q 72 a 5 c)

"Cuiuslibet autem ordinis est aliquod principium, per quod aliquis fit ~~ex~~ particips illius ordinis; et ideo si per peccatum corrumpatur principium ordinis, quo voluntas hominis subditur Deo, erit ordinatio inordinatio, quantum est de se, irreparabilis, etsi reparari possit virtute divina; principium autem huius ordinis est ultimus finis, cui homo inhaeret per caritatem; et ideo ~~quae~~ quaecumque peccata avertunt a Deo, charitatem afferentia, quantum est de se inducunt reatum aeternae poenae"

ibid. ad 1m "... ex hoc ipso quod finem in peccato constituit voluntatem habet in aeternum peccandi" { per se - non liberum arbitrio voluntatis  
procedere - est ut in nobis est } infinitum

ibid a 4 aversio a Deo -- poena damni [utrumque ex termino conversio ad creaturas -- poena sensus [utrumq finit ad 3m "... duratio poenae respondet durationi culpae, non quidem ex parte actus sed ex parte maculae qua durante manet reatus poenae

"... culpa autem quae est irreparabilis de se habet quod perpetuo duret, et ideo debetur ei poena aeterna"

la 2ae q 87 a 5 c

.. peccatum causat reatum poenae aeternae inquantum irreparabiliter repugnat ordini divinae iustitiae, per hoc scilicet quod contrariatur ipsi principio ordinis quod est ultimus finis; manifestum est autem quod in quibusdam peccatis est quidem aliqua inordinatio, non tamen per contrarietatem ad ultimum finem, sed solum circa ea quae sunt ad finem, inquantum plus vel minus debite eis intenditur, salvato tamen ordine ad ultimum finem... unde huiusmodi peccati non debetur aeterna poena sed temporalis

la 2ae q 87 a 6 c

... macula peccati ab anima auferri non potest nisi per hoc quod anima Deo coniungitur... Coniungitur autem Deo homo per voluntatem; unde macula peccati ab homine tolli non potest, nisivoluntas hominis ordinem divinae iustitiae acceptet"

Sublata macula, manet tamen reatus poenae satisfactoriae Poena satisfactoria simpliciter voluntaria, scdm quid involuntaria; ideoque diminute habet rationem poenae quod est esse contra voluntatem

ibid ad 3m

remota macula, sanatum est vulnus peccati quantum ad maculam voluntatem: requiritur autem adhuc poena ~~satisfactoria~~ ad sanationem aliarum virium animae, quae per peccatum praecedens deordinatae fuerint; ut scilicet per contraria currentur; requiritur etiam ad restituendum aequalitatem iustitiae, et ad amovendum scandalum aliorum, ut aedificantur in poena, qui sunt scandalizati culpa

De Malo q 7 a 11 c

".. sicut impedimentum quod contingit ex gravitatis corruptionem non potest tolli nisi per iteratam eiusdem generationem; impedimentum vero quod esset ex aliquo obice apposito tollitur per aliquem violentum modum removentem ipsum obicem. Sic ergo et veniale quantum ad culpa, remittitur per fervorem caritatis, mortale vero per gratiae infusionem. Quantum ad poenam autem peccatum mortale non remittitur, quia habet poenam interminabilem et aeternam; peccatum vero veniale remittitur per exsolutionem poenae temporalis finitae. Et hoc quidem quomodo utrumque potest remitti in hac vita satis manifeste apparet: sed in futura vita mortale peccatum numquam potest remitti quantum ad culpam; non enim post hanc vitam anima immutatur essentiali immutatione per gratiae et caritatis infusionem de novo; culpa autem non dimissa, nec poena remittitur, ut supra act praeceps in corp dictum est.

.. Et ideo oportet dicere quod venialia remittuntur eis post hanc vitam etiam quantum ad culpam eo modo quo remittuntur in hac vita; scilicet per actum caritatis in Deum repugnantem venialibus in hac vita commissis. Quia tamen post hanc vitam non est status merendi, ille dilectionis motus in eis tollit quidem impedimentum venialis culpae; non tamen meretur absolutionem vel diminutionem poenae sicut in hac vita.